



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

Illi obedire.

gnificè gloriosa conspecta fertur dixisse: *Francisce, relinque has oves; & vade statim Murciam, ubi sancta vita Sacerdotes inuenies.* Paruit, & in Societate pro beneficio gratus vixit. Vide num. 910.

ANNO MDLXXVII.

920 Moriens hoc anno *Ioannes Baptista Carandinus* Seminarij Romani Conuictor, Deiparam præsentem spectasse dicitur à Sacchino, ab eaque didicisse; *Innocentium Fontanam* votis potiturum. Optabat ille Societati adscribi: sed non deerant quæ obfarent. Rogauit Carandinum ut cuidam suo negotio felicem à Deipara exitum impetraret. Et *Ioannes, Clementissima, inquit, Mater hoc ait; te id quod optas assecuturum.* Et est assecutus, ut latè refert Sacchinus in hist. Societatis.

ob. 1577. 921 *P. Ioannes de Zunniga* cum extremo in morbo doleret spem sibi aliquam sanitatis potius quàm mortis afferri, postea visam sibi dixit Beatissimam Virginem amanter promittentem, fore, ut proximo suo festo die hinc emigraret, mortalitate solutus. Et verò 2. Februarij Limæ abiit, seu nos præcessit.

ANNO MDLXXVIII.

ob. 1578. 922 *Didacus de Mendoza* ante mortem, Deiparam quam se coram intueri aiebat, Feliciter, inquit, ac benè veneris, Domini mei Mater, ac Domina mea. Vnde mihi benignitas, & indulgentia tanta.

ANNO MDLXXIX.

ob. 1579. 923 *Ioanni Ximeno* Coadiutori coram imagine Immaculatæ Conceptionis oranti serupulus incidit, quòd erga animas in purgatorio horrendis tormentis afflictas parùm liberalis esset, atque propensus. Hæc secum ipse voluens, ecce velut consultricis Deiparæ hortamentum accepit, cum vocem audire sibi